№ 549

Idzki — Intromissio

Ministerialis Regni Generosus Dominicus Baltasar Ziołkowski una cum Nobilibus Francisco et Jacobo Daczynskiem coram officio praesenti stans publice recognovit. Quia feria Tertia post festum Sanctissimae et Individuae Trinitatis in Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto condescendendo ad bona Idzki Młynowięta ibidem Nobilem Joannem filium Alberti Idzkowski in totam et integram sortem bonorum immobilium in bonis Idzki Młynowięta consistentem per Nobilem Albertum Idzkowski a Nobili Catherina Idzkowska cum Nobili Mathia Roszko iure perpetuo quaesitam et eidem Nobili Joanni Idzkowski per praefatum Albertum Idzkowski parentem eius modo perpetuae donationis coram Actis Terrestribus Zakroczimensibus feria Secunda post Dominicam Cantate inscriptis eorundem bonorum cum utilitatibus et attinentiis iuxta tenorem eiusmodi inscriptionis continentiae ex libera admissione praefati Nobilis Alberti Idzkowski parentis sui nemineque alio tam in bonis quam hic circa Acta impugnante intromisit, misitque et in possessionem pacificam contulit de quo Relationem fecit.

Wroblewska — Reformatio

Coram officio et Actis praesentibus Capitanealibus Capitaneatus Braynscensis personaliter comparens Nobilis Jacobus olim Valentini Leszczyński de Wroble [?] sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Barbarae filiae olim Sebastiani Wroblewski Coniugi suae legitimae Ratione Veri dotis post eam accepti et in bona sua inportati in Medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in bonis Leszczyce et aliis ubivis locorum consistentium nunc habitorum et in post favente Divina clementia habendorum et acquirendorum summam Centum Septuaginta Polonicalium dotis et dotalitii Decem florenorum Polonicalium inscribit, reformat et assecurat dotaliciaque more aliorum dotaliciorum hic in Regno Poloniae observari solitorum. Actis sua personali recognitione in Commissionibus mediante.

Wroble — Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Capitanealibus Capitaneatus Braynscensis personaliter comparens Nobilis Barbara filia olim Sebastiani Wroblewski consors Nobilis Jacobi Leszczyński cum eiusdem Mariti sui Nobilis tutoris Coniugalis personali assistentia et consensu spontaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Stanislai Wroblewski

52605 5260(?)

et ips. Successoribus Bonorum suorum immobilium in bonis bonib. consisten. in Area duos sulcos a Strata ad Sepem prout sunt circumsepti lapidibus inter metas Joannis Roscienski et eiusdem Donatarij, idem et si in ead. Area aliquid fundi ademptum fuerit tunc in alia Area adimplere tenebitur. Cum arboribus et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus prouentibus attinen. et pertinen. Nullis exceptis dedit donauit inscripsit et in perpetuum assignauit. Quorum iam ex nunc introducit realem cum actuali ac pacifica possessione per Nlem et Nles duos offosé (?) aceptandam dat et admittit. Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium et eius posteros ocuendo (?) quietationem (?) ab Omni impedimento iuridico quorumuis personarum propinquarum et aemulorum et quique a fratribus suis germanis per Omnes gradus (?) Toties quoties opus et Necessarium fuerit tueri defendere euincere … per se et per submissas personas non inuenire sub damnis Omnibus simpliciter taxatis et edicendis alt. Coram officio praesenti et termino Actionis (?) Termino peremptoria responsione Omnibus in Uniuersum iuris remedijs se et suos successores … abscribendo et abrenunciando.

Zedziany Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Brancen. personaliter comparens Nobilis Matheus olim Alberti Zedzian de Zedziany haeres Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nli Adamo olim Stanislai Zedzian de ibidem haeredi et ips. Successoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Zedziany sitis apud eundem Adamum in allegatione (?) existen. Despulam (?) in loco dicto Jagodne Quinque sulcos a granicie Sawinskich ad alium campum extendens inter metas Nlium Stephani Zedzian et Jacobi fratris sui iacen. Item in alio loco eodem campo Tres sulcos ab Strata ad Metam Nlis Andreae extendens inter metas Nlium Jacobi et Alberti iacen. Item in Tertio loco eodem Campo prout trzy polowy a se Nlis Andreae Zendzian ad despulam eiusdem Nlis Andreae tenden. inter metas eiusdem Jacobi et Stephani Zendzian iacen. In alio Campo Quatuor sulcos ab emissione ad Campum dictum Cziwin protenden. inter metas Nlium Jacobi … et Jacobi fratris sui iacen. In alio loco eodem Campo Sulcum Unum a … ad metam alterum Camporum inter metas Nlium Adami et Nicolai Zedzianow iacen. Item in Tertio loco eodem campo sulcum Unum a Media Sylua ad granicziem Sawinska tenden.

Regalium